



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

53. An Inquisitores teneantur dare reo non solum Aduocatum, sed etiam
Procuratorem: Et an Inquisitores possint censuris compellere Aduocatos,
vt alicuius rei causæ patrociniū suscipiant: Ex part. 4. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

oppidum, seu civitatem. Sed de hac questione vide Simancas in *carbol. instit.* tit. 4. n. 9. & 10. tit. 43. n. 11. Carrerum de *hæret. num.* 109. & Gundisalvum de *hæret. g.* 12. n. 2.

RESOL. LI.

Quomodo examinandi sint rei ab Inquisitoribus? Ex p. 4. tract. 8. Ref. 88.

§. 1. IN causis spectantibus ad fidem cautissimè intendendum est in examine hæretici versuti & calidi. Idè primò reus in causa violatæ Religionis examinandus est de genere suo, de parentibus, de natione & patria, de educatione & disciplina, de bonitate & pravitate, de societate & amicitia, de moribus & verbis, an sciat propter quam causam sit captus, an aliquis habeat suspectos, quos & qua de causa, & insistat Inquisitor in omnibus quæ ad negotium fidei faciunt, superflua & aliena omnino omittendo. Secundò intra primos dies capturæ benignè erunt hi de fide suspecti admonendi ad dicendam veritatem, & dum Inquisitores eos examinabunt, poterit eis humile fedile concedere ad hoc ut magis quietum animum habeant. Tertiò ad habenda indicia eorum status sciscitentur ab eis consuetæ Catholicæ Religionis, quas devotiones habeant, quando & à quo confessi sint, si communicaverint, si Ecclesias frequentaverint, & quas preces solet Ecclesia in præcipuis diebus fundere, & similia perquirere ab eis, quæ ut notissima apud omnes Christianos sciuntur, & hæc omnia docet Michaël Zanardus in *direct. Theolog. part. 3. cap. 87.* quæ adnotare volui, nam deserviunt ad ornatum nostræ Instructionis Toletanæ anno 1561. à num. 13. usque ad num. 16. ubi omnia supradicta & multa alia optimè pro examinandis reis præcipiuntur.

RESOL. LII.

An Inquisitores teneantur, antequam interrogent reos, manifestare infamiam, indicia, vel semiplenam probationem esse contra ipsos, ut intelligant legitime interrogari?

Et supponitur reum non teneri respondere, & veritatem dicere antequam aliquatiter sibi constet processus, acta, & iudicem iustus, & legitime interrogare. Ex p. 4. tract. 8. Ref. 130.

§. 1. SUPpono ex probabiliori sententia, reum non teneri respondere & veritatem dicere antequam aliquatiter sibi constet processus, acta, & iudicem iustus & legitime interrogare, & ita docet Cajetanus in 2. 2. quæst. 69. art. 2. Sotus de *just. lib. 5. q. 9. art. 2.* Navarrus in *manuali cap. 25. num. 33.* Bernardus Diaz in *praxi crim. cap. 126.* & ibi Salzedus Atagon. in 2. 2. quæst. 69. art. 2. Avalos in *direct. part. 2. cap. 14. numero 30.* Miranda in *ordine iudic. quæst. 18. art. 7. conclus. 1.* & ego alibi cum multis aliis. Unde sequitur,

Alibi in to. 6. tit. 1. Ref. 98. quod ut reus teneatur veritatem dicere, debet iudex & ne deferat ei statum processus, & quod ipse procedit iudice nobili legere. Vide Suarez, de Paz in *praxi tom. 5. part. 5. doct. ref. 96. cap. 3. num. 14.*

2. Verum cum hæc omnia vera sint, tamen non procedit hæc sententia in causa hæresis, & sic Inquisitores non tenentur ad supradicta: unde doctus Ludovic. Peguera in *praxi crim. cap. 12. §. 5. num. 13.* sic asserit. In criminibus exceptis, ut sunt hæresis, crimen læsæ Majestatis, & proditio civitatis, non est ne-

cessum, ut reis à iudicibus jus suum, quod habent ipsos interrogandi, reveletur. Non enim tanta infamia, aut tanta solemnitas in his criminibus, quam in privatis ad reos, vel testes interrogandos requiritur. Nam in horum criminum inquisitione procedi potest simpliciter, & de plano, & absque strepitu & figura iudicii, ut habetur in *cap. fin. de hæret. in 6.* Hæc Peguera ubi supra.

RESOL. LIII.

An Inquisitores teneantur dare reo non solum Advocatum, sed etiam Procuratorem?

Et an Inquisitores possint censuris compellere Advocatos, ut alienius rei causæ patrocinium suscipiant? Ex p. 4. tract. 8. Ref. 9.

§. 1. AFFirmativè responder Instruções Hispal. ann. 1484. n. 26. ubi sic habetur. [Si el reo acusado pidiere que le den abogado y procurador que le ayude devendo dar los Inquisidores recibiendo el llamamiento en forma que ayudaran fielmente al tal acusado, alegando sus legítimas defenciones sin procurar, ni poner cavilaciones, ni dilaciones maliciosas, y que en qualquier parte del pleyto, que supiere y conociere, que su parte no tiene lutticia no lo ayude mas, y lo dirá a los Inquisidores, y al acusado le deven dar de sus bienes, si los tiene para pagar el salario del letrado y procurador.] Ita ibi. Sed hæc Instruções quoad Procuratorem revocata fuit per aliam Instruções Toletanam ann. 1561. ubi num. 35. sic habetur. [Aunque la Instruções dispone que se de a los reos procurador no se le deve dar, porque la experiencia ha mostrado muchos inconvenientes que dello suelen resultar, y por la poca utilidad que de darle se conseguia a las partes, no esta en estilo de darle, aunque algunas vezes haviendo mucha necesidad se suele dar poder al abogado que lo defiende.] Et sic hodie non datur hæretico reo Procurator, sed tantum Advocatus, ut tradunt Simanca in *Carbol. instit. tit. 1. n. 2. & 3.* Patamus de orig. *Inquis. lib. 3. quæst. 4. n. 48.* Rojas singul. 53. Pegna in *direct. Inquis. part. 3. comment. 28.* & alij.

2. Non definam etiam hic apponere ad aliorum Inquisitorum instruções, ea quæ dicta Instruções Toletana num. 36. determinat observanda ab Inquisitoribus Hispaniæ circa præsentem materiam rei & Advocati, sic enim habetur. [Si el Reo pidiere papel para escrivar lo que a su defenla tocara devenlele dar los pliegos contados y rubricados del Notario y asiente se en el proceso los pliegos, que lleva, y quando los bolviere se cuenten por manera que al preso no le quede papel, y se asiente así mismo como los buelve, y darle ha recaudo con que pueda escrivar, y quando pidiere que venga su letrado vendra y comunicara lo que le convenga, y le entregara los papeles, que tuviere escritos tocantes a sus defensas que el letrado huviere ordenado antes de presentallas darle se ha lugar, y adviertan los Inquisidores, que el letrado ni otra persona, no trate con los presos cosa ninguna, mas de lo que toca a la defenla y los abogados no se queden con ningun traslado de aculacion, publicacion, ni de las tachas de los testigos, si no que todo le buelva ante de los Inquisidores.] Hæc ibi. quæ multum deservient pro Advocatis, qui vocantur de los presos. Vide Simancam ubi supra, qui etiam notat num. 8. quod ea quæ Advocati allegant reo presente, perinde habenda sunt, ac si ab eodem reo protestantur, nisi forte Advocatus erraverit, & reus intra tri-duum contradixerit, Sed in causa hæresis, etiam post

post triduum de errore, aut imprudentia Advocatorum constiterit, reo nocere non debet, quia simpliciter & summa æquitate in hoc iudicio agitur, rejecto juris rigore. Ita ille.

3. Notandum est etiam hic obiter, quod Inquisitores possunt censuris compellere sæculares Advocatos, ut alicujus rei causæ patrocinium suscipiant. Ita Alphonsus Narbona in recopilat. lib. 4. tit. 1. leg. 20. gloss. 22. num. 63. ubi citat Bobadillam, & Decianum.

RESOL. LIV.

An Inquisitores possint recusari ut suspecti? Ex part. 4. tr. 8. Ref. 5.

§. 1. DE hac questione agit Sigismundus Scaccia de judiciis lib. 1. cap. 67. num. 7. juncto cap. 66. num. 13. 16. ubi responder cum multis distinctionibus affirmativè. Idem docet Bernardus Gomensis in lucerna inquisit. verb. excusatio Inquisitoris, num. 1. Tabiena ver. Inquisitio 4. num. 5. Paramus de orig. Inquisit. lib. 3. g. 2. n. 54. quidquid in contrarium asserat Rojas singul. 100. & de heret. part. 2. n. 435. cum Menochio lib. 1. conf. 94. n. 12.

2. Sed Instructio Toletana anno 1561. sic in n. 52. circa hoc dubium determinat. [Si alguno de los Inquisidores fuere recusado, por algun preso, si tuviere colega, y estuviere presente, deve se abstener del conocimiento de aquella causa, y avisar al Consejo, y en tanto no proceda en el negocio asta que vistas las causas de sospecha, el Consejo provea lo que convenga, y lo mismo se hara quando todos los Inquisidores fueren recusados.] Vide etiam Pegna in direct. Inquisit. part. 3. comment. 30. §. Postremo videndum est. Vbi asserit in tali casu recusationis non esse arbitros eligendos, sed ad supremum Senatuum causa recusationis remittatur, ut ibi summam recognita potest determinetur, si Inquisitor recusatus sit suspectus.

RESOL. LV.

An si Rei petant Confessarium, debeant Inquisitores eis illud concedere?

Et an Confessarius possit reum hereticum priusquam ab excommunicatione fuerit absolutus, & reconciliatus, absolvere?

Et an in causa pendente non sit admittendus hereticus ad audiendam Missam, neque illi debeatur concedi Confessarius nisi in periculo mortis, si fuerit conversus? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 6.

§. 1. AFFIRMATIVè responder Zanardus in director. Theol. part. 3. cap. 86. ubi sic ait: Si carcerati in S. Officio Confessarium petant, liberè eis dabitur, cum hoc multum eorum saluti expediat, ut Deo reconcilientur, quæ reconciliatio erit medium ad reconciliationem cum Ecclesia.

2. At Instructio Toletana anno 1561. edita Martii anno 1574 sic in num. 71. asserit: [Si el preso tuviere salud, y pidiere Confessor, mas seguro es no se le dar salvo si huviere confesado judicialmente, y huviere satisfecho à la testificacion, en tal caso pareçe causa, conveniente dar le Confessor para que lo confuele, y le esfuerçe.] Et in casu quo Confessarius erit reo concedendus; dicta instructio ibidem sic ordinat. [Tomen juramento que tendra secreto, y que si el penitente le dixere en confession alguna cosa que de Tom. V.

por aviso fuera de las cárceles que no aceptare tal secreto, ni de semejantes avisos. Y se fuera de confession se lo huviere dicho lo revelará à los Inquisidores, y lo avisaran, y instruyran de la forma como se ha de haver con el penitente, significandole que pues esta preso por herege, si no manifesta su heregia judicialmente siendo culpado no puede ser absuelto.

3. Verum, non obstante dicta Instructio Toletana, invenio Pegnam in direct. Inquisit. par. 2. comm. 25. §. diximus hucusque de agrotantibus, docere, benignius videri ut reis hereticis etiam sanis Confessarius concedatur, etiam si confessi non fuerint in iudicio. Nam hinc multa commoda oriri possunt, & in hoc casu partes Confessoris erunt, reum cohortari ad deferendos errores suos, & dicendam integram veritatem tam de se, quam de aliis: addat tamen ne radio carceris, vel spe celerioris liberationis, aut metu tormentorum sibi, aut aliis falsum crimen imponat; non tamen Confessarius poterit absolvere dictum reum priusquam ab excommunicatione fuerit absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus.

4. Sed ut plurimum praxis demonstrat securius esse, ut notat dicta Instructio Toletana, non dari reis Confessarium, nisi post confessionem judicialem, & ideo post hæc scripta inveni Piasecium in praxi par. 2. cap. 4. art. 6. num. 7. sic asserentem: Causa pendente non est admittendus hereticus ad audiendam Missam, neque illi concedi debet Confessarius, nisi in periculo mortis, si fuerit conversus, quod est valde notandum in favorem instructionis Toletanæ.

RESOL. LVI.

Quam celeriter debeant Inquisitores expedire causas reorum. Ex p. 4. tr. 8. Ref. 72.

§. 1. PONAM hæc verba doctissimi Jacobi Simancæ in instr. cathol. tit. 44. num. 32. & 33. ubi sic ait: In causis fidei, quanta fieri potest brevitate procedatur, nec differantur, aut suspendantur spe futuratum probationum, quia forte nonquam supervenient, & interim rei opprimuntur, & eorum bona dissipantur ac dilabuntur. Et virandum quod Inquisitores quidam facere solent, qui ut reos quamplures simul puniant, multorum causas jam dudum conclusas diutius differunt, atque suspendunt. Ita ille.

2. Vnde in quadam epistola Inquisitoris Generalis 4. Septembris 1499. directæ ad Inquisitores Barcinon. n. 3. sic habetur: [Los Inquisidores tengan tiento en el prender, y no prender ninguno sin tener suficiente provacion, para ello, y despues de assi preso dentro de diez dia se le ponga la agulacion y en este termino se le haga las amonestaciones, que en tel caso se requieren, y proceden en las causas, y processo con toda diligencia, y brevedad sin esperar que subrevenga mas provanca, y no den lugar à dilaciones porque dello se figuan inconvenientes assi à las personas, como à las haziendas.] Sic ibi.

3. Et in instruct. Vallisolet. an. 1488. n. 30 ita habetur. [Item acordaron que los que fueran presos por este delito que no sean fatigados en las cárceles en la dilacion del tiempo, que luego se haga el processo con ellos, porque no haya lugar de quexarse, y no se detengan a causa de no haver entera provanca pues que es causa, que quando sobreviene provanca se puede de nuevo agitar, no obstante la sentençia que fuera dada.] Sed ad alia procedamus.